



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ  
CXXXIX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1570**

**VD16 W 1048**

Homilia XXIX. Et ueniunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum, qui euocarent eum, & sedebat turba circa eum, dicuntq[ue] ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)



quam aliquandiu professi sunt, denud negant, & ad Antichristi castra transeunt, dum vel disciplinam Evangelicam oderunt, vel amicitias mundi, opes, honores & dignitates veniunt. Et hi quidem per dicitur in spiritu sanctum peccare, quia veritatem proculcant & oppugnant, cuius cognitio ex spiritu sancti illuminatione innotuit.

At hic querendum restat, cur peccatum hoc nunquam remitti dicat Christus. Causam aliqui hinc esse dixerunt, quod qui ita peccant, scientes peccare, cum aliud propria ipsorum conscientia illis dicitur. At nimis dura est haec ratio, & multis desperandi occasionem praeberet, quando plerique scientes peccant, & vel naturae lege edocti quae faciunt non recte abs se fieri intelligunt, quod de semet ipsis Paulus non obscure facitur. Potior ergo mihi illorum sententia videtur, qui in spiritu sanctum peccantibus ideo peccati remissionem negari dicunt, quod tales (teste Apostolo) non renouentur per penitentiam, sed potius ex verbi Dei admonitionibus & conscientiae propriae suggestionibus induratae & deteriores reddantur, quae propria & vera reprobatorum nota est. Vt enim cellus, quae pluraeque emolliri nequit ad fecunditatem, sed illis exasperatur & intractabilior redditur, hoc vno argumento se naturae sterilem & per omnia maledictam esse ostendit: Ita quorum animi saluberrimis verbi Dei mirribus & spiritu influentibus rigati non cedunt, sed ferociiores fiunt, ne illi abunde testantur, se ad ingenio filiorum dei alienissimos esse, quorum proprium est, verbum Dei audire, & ouium instar pastorem Christi vocem sequi. Et hic quidem obseruare prodest discrimen, quod inter electos & reprobos habetur. Peccant vtrique, sed diuersa ratione. Illi enim ubi peccarunt, peccata sua vel ipsi agnoscunt, vel ex dei verbo agnoscere discunt, cuius admonitiones patienter ferunt, & de penitentia serio cogitant, peccati vero remissionem in sola Dei gratia per Christum quaerunt, quem fide constanti amplectantur. Quod si inter haec omnia deus nihilominus ipsos castiget, patris hanc iram esse agnoscant, & patienter illius voluntati sese subijciunt. At alia longe est impiorum ratio, qui non contenti peccatis, sed peccato insuper delectantur, illius atrocitatem agnoscere nolunt, & Dei verbum, quo illa arguitur, ad se solent. Quin ne propriae quidem conscientiae testimonium audiunt, sed occultam quoque spiritus suggestionem improba scurrilitate & Cyclopoico contemptu explodunt. Quae causa est, quod nec de peccatorum remissione, nec Christo Iesu, qui hanc nobis acquisiuit, cogitant. Vbi vero penas exgere incipit iustus deus, cum illo etiam certamen suscipiunt, & iudicij ipsius reluctantur: tandem vix se vitos vident, horribiliter desperant, & Deum simul & lucem hanc exosi vitam finiunt. Tales ergo, etsi leuia aliquando videantur peccata ipsorum principia, tamen ad mortem peccant, quia & penitentia & fide in Christum desistunt. Exempla huius discriminis multa passim scriptura conuenit, inter quae cum primis luculentum est, quod in Saule & Davide proponitur, quos si inter se conferantur, facile videbunt, quae nam Sauli interitus causa fuerit, & qua ratione David damnatio non penam effugerit. Nec mirum est, quod cum tales fore sciat reprobos, isdem tamen Deus verbum suum praedicari sinat. Ita enim illos inexcusabiles fieri oportet, vt dei iustitia omnibus innotescat. Nobis vero horum omnium hic vsus esse debet, vt horribilem peccati in spiritu sanctum noxam fugiamus. Quod tum fiet, quando dei verbum, quo arguimur, & credendi viuendique leges praescribuntur, non scurriliter explodamus, aut hostiliter infestemus, sed memores nos illo opus habere, eidem sensus & affectus omnes per fidei obedientiam subijciamus. Rursum eiusdem redargutionibus cedere non pudeat, quin in hoc vnum intenzi simus, vt nostra tum fides tum vita voluntati dei per omnia respondeat. Tales enim pro suis agnoscat Deus, & per verbum suum regeneratos, & ab omni peccatorum laebe mundatos in caelestis regni hereditatem transferet cum Christo Iesu filio suo, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

III. Cur peccatum in spiritu sanctum non remittatur. Rom. 7. Hebr. 6. Iohannis 8. 10. Discrimen electorum & reproborum.

Vide nostras in Canoniam Iohannis homilias. hom. 34.

Et veniunt mater eius & fratres. & foris stantes miserunt ad eum, qui euocarent eum, & sedebat turba circa eum, dicens ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quaerunt te. Et respondit eis, dicens: Quae est mater mea, & fratres mei? Et cum circumspexisset in circuitu circum se discipulos sedentes, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater mea est.





Argumentum  
& usus praesentis loci.

Quoniam Deus seipsum simul & bona sua omnia nobis per verbum suum offert, non videtur  
dō, verum etiam necesse est, ut verbum hoc digne a nobis excipiat: quando confitetur, ut  
patre doctor & salvator datus est, frequenter de hoc agit. Et nuper quidem aduersus pharisaeos  
sputans, aperit docuit, quid eos maneat, qui agnitae veritati reluctantur, etiam propria consensio  
testimonio conuicti fuerint. Quibus commodē historia praesens subiicitur, in qua suo exemplo docet,  
quanti a nobis verbum Dei fieri debeat, & quanta sit illorum dignitas, qui illud digne audiunt, &  
vita officij expriment, quod ex illo didicerunt. Partes historiae sunt duae.

Mater & fra-  
tres Christum  
conuentum uo-  
lunt.  
Marc. 6.  
Gen. 11. 13. 14.

Prima occasionem continet, qua Christus motus est, ut de hac re disputaret. Praedictum hoc  
ipsum mater & fratres, qui illo in domo docente & magna populi corona quasi obseflo veniunt, &  
lum conuentum volunt. Mater fuit Maria virgo. Fratres alibi nominantur, Iacobus, Ioseph, Simon  
& Iudas: sic dicti, quod illius consobrini essent, quos Hebraei fratres dicere consueverunt. Itaque  
Iacobum Abrahami fratrem nominant, quem tamen Abrahami ex fratre Haran nepotem fuisse esse  
stat. Nec aliter accipi debere quod de Christi Iesu fratribus dicitur. Euangelica historia docet, quod  
Ioannem enim ad Christi crucem cum Maria matre Iesu eiusdem soror, Maria Cleophae, frater Ioseph  
tur, quam Marcus in eiusdem historiae narratione matrem Iacobi & Iosephi fuisse scribit, quos aliter  
ter Christi fratres numerat. Temere ergo & impudenter quidam Christo ex Iosepho veteris  
fratres Mariam peperisse contendunt, impuri nimirum Heluidij sectatores, quos olim ecclesiasticus  
uit, ex scripturis nimirum de perpetua beatae virginis Mariae virginitate edocet. Vide I. 7. E.  
zech. 44. Luc. 1. &c.

Cur fratres  
Christi non ipsi  
quoque docerent  
audiant, &c.  
Luc. 2.  
Ioan. 7.

Illud potius hoc loco inquirendum fuerit, cur Christi fratres, qui (ut videtur) cum eis  
ere aliunde aduenerant, foris subsistant, & non potius ingrediantur, ut & ipsi docerent audiant  
qui Mariam virginem filij Iesu amantissimam & verbi ipsius studiosissimam fuisse constat, quod  
fuit de quibusdam alijs ex fratribus sive cognatorum Christi numero dicere fortassis licuit. Ad  
rosq; illorum non credidisse in Christum Ioannes testatur, qui etiam illum formidinis & ambiguitatis  
censauerunt, quando illi in Galilea subsistenti dicebant: Transi hinc, & vade in Iudaeam, ut & illi  
puli tui videant opera tua, quae facis. Nemo quippe in occulto facit aliquid, & quatuor ipsi palam  
&c. Ex horum numero fuisse videntur, de quibus hic agitur: qui etiam Mariae virginis ipsam  
ipsum ad Christum deducendi, negare non potuerint, & fortassis ipsi quoque iam de illo praesentem  
aliquantō sentire coeperint, cum illum apud populum in pretio esse viderent: tamen de ista  
dem non magni faciunt, sed in hoc illum euocant, ut ipsos illius fratres esse, & non parum in illis  
ris habere, omnes intelligant. Vbi videre est, quanta sit carnis nostrae corruptio, qua sit, ut quae  
ad fidem excitare debeant, ferē impedire soleant. Quanta enim credendi occasione praesentem  
minibus hodie Christi fratres habuisse putabimus, qui illi a pueris conuersantes, quoties diuina  
naturae specimina videre poterant? At reliquis tardiores sunt ad credendum, nimirum inuicem  
scinari, quae ut plurimum inter fratres & cognatos regnare consuevit, quando aliquem suum  
quis praestantiorē esse, & Deo magis propitio vti vident. Ita nec Canus Abelum fratrem  
Gen. 4. 21-27.  
1. Sam. 17.

Christus matrem  
et fratres reij-  
cit.

Sed omnes huius ad alteram huius loci partem transeamus, qua quid Christus Dominus fecerit,  
explicatur. Primō nuntium de matris & fratrum aduentu abs se rejicit. Quis (inquit) est mater  
mea? & qui sunt fratres mei? At non ita haec accipi debent, quasi aut matrem & fratres negaret  
(quo sensu olim decepti Manichei & Marcionitae veram Christi incarnationem atque humanitatem  
ceteris



atque nequaerunt) aut quod matris & fratrum ipsum puduerit. Sed pro temporis & loci ratione  
 hac expendere oportet. Verfabatur enim, cum haec diceret, in officio sibi à patre commisso, & magno  
 cum fratre doceret. Docentem carnis affectu ducti illi euocant, & sua priuata negotia publicè mul-  
 tum saluti praferunt. Res est ergo illos reijcit, nec in presenti pro matre & fratribus eos agnosceret  
 patris, qui illum ab officio reuocabant. Simile quid puerum adhuc fecisse Lucas scribit. Cum enim  
 Hierosolymis amissum diu anxie quaesuisissent parentes, & tandem inter scribas inuento mater dice-  
 rit. Fili, cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quaerebamus te: Respondet ille, Quid  
 est quod quaerebatis me? An nesciebatis, quod in ijs, quae patris mei sunt, oportet me esse? At ne quis  
 male interpretatus & inobedientia aduersus patrem exemplum peteret, mox ibidem additur, quod cum  
 illa Nazarethum descenderit, & ipsi subditus fuerit. Nihil ergo locus iste vel Marcioni parroci-  
 nator, vel Monachis & Anabaptistis, qui sub religionis praetextu, parentes, coniuges & liberos des-  
 serunt, cum nullam Dei patris uocationem habeant, sed in sano carnis affectu ducantur. Sed in illos  
 patris illud Pauli conuenit, qui infidelibus deteriores esse ait eos, qui suis non prospiciunt, quos ipso-  
 rum fidei Deum commendauit. 1. Timoth. 5.

Admonemur autem hoc Christi exemplo, quae constantia & fide nos in ijs uersari conueniat, quae  
 nobis diuinitus iniuncta sunt, & ad nostram salutem faciunt. Haec enim Christum nullae hostium uel  
 ipsius uel calumniae ab officio reuocare potuerunt. Nunc quod iuxta naturae legem patri & fratri  
 haec debet officium, patris sui caelestis uocationi postponit. Imò cum per hos ipsi commodissima oc-  
 casio offerretur, quae honestè ab illis discedere potuisset, quos sibi insensissimos esse sciebat, ea tamen mi-  
 serè uoluit, ne quis suo exemplo postea sub pietatis in parentes praetextu, ab officio, quod Deo de-  
 bet, discederet. Equum enim est, ut ipsi quoque, naturales affectus naturae creatori et Domino sub-  
 iiciantur. Obseruandum hoc omnibus qui in officio aliquo publico uersantur, siue illi ecclesiarum mi-  
 nistri, siue magistratus sint. Obseruent hoc ipsum parentes quoque, ne quid in liberorum gratiam faci-  
 ant, quod cum Dei uoluntate pugnat. Et idem ad singulos Christianos pertinere, ipse Dominus mo-  
 strauit, cum ait: Si quis uenit ad me, ne odit patrem suum ac matrem, & uxorem & liberos, & sorores,  
 praeterea & animam suam, non potest esse meus discipulus: de ijs nimirum loquens, qui nos in Dei uo-  
 catione ambulantes impedire aut reuocare conantur. Vbi enim salua religione uel parentibus obedi-  
 ri, uel nostris prospicere possumus, ubi officium negligere impium fuerit. Discant item parentes & co-  
 gnati non indignè ferre, si suam auctoritatem ab ijs negligi uideant, quos Deus ad uerbi sui prae-  
 dicationem uocauit, ut ipsorum opera publicè multorum saluti consulat. Cogitent illos eadem lege cum  
 Apostolis teneri, Oportet Deo potius obedire quàm hominibus. Cui cum ipse Dei filius sese subiecerit,  
 impium fuerit à quocumque postulare, ut propter nos à Deo impostam sibi functionem deserat.

Praeterea confutatur hoc loco illorum error, qui Mariae uirgini in ijs, quae ad nostram salutem  
 faciunt, aliquid tribuunt. Constant enim uniuersam huius uocationem in uero Christo contineri, nec aliud  
 uicem ullam sub caelo hominibus datum esse, per quod saluari queant. At hic dum in ijs uersatur, quae  
 ubi pater nostra salutis ergo immuuetur, matrem ne agnoscat quidem, & alibi apud se intercedentem  
 respicit, dicens: Quid mihi tecum est mulier? Quae ergo stulticia est, diuinae uirginis modo in caelis agen-  
 tem, & omnibus huius seculi curis exemptam, caelestem imaginari, quae iugiter pro nobis filio supplicet, sic,  
 uicem uera ostendet, & illum per omnia ipsi olim exhibita officia obtestatur? Quin haec ceteris genti-  
 bus relinquitur, quorum Dij ad impurissimos poetas hoc modo describuntur. Nos uero Christo contenti,  
 illum unicum saluatorem & intercessorem siue mediatorum apud patrem agnoscimus, cuius uox  
 quae prophetam est: Ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo. Item:  
 Nemo uenit ad patrem, nisi per me, &c. Ioan. 14.

Sed ad praesentem Christi tractationem redeamus, qui circa se sedentes discipulos circumspectis,  
 & manum uerbi Mattheus habet in illos protendens, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Et uerbo no-  
 bis huius dicti ratio constat, addit: Qui enim fecerit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, hic fra-  
 ter meus, & soror mea, & mater est. Quibus uerbis discretè testatur, carnalem generationem & cogna-  
 tionem nihil facere ad salutem, nisi spiritualis accedat, quae nos ex immortalis femine renatos, Dei fi-  
 lios, & proinde Christi fratres & coheredes facit. Docet hoc ipsum discretè Ioannes Apostolus, qui  
 cum imitator sui Euangelij de ijs locutus esset, qui Iesum Christum, aeternum illud Dei uerbum, in sua

Quae constan-  
 tia singuli suam  
 uocationem obi-  
 re debeant.

Lucae 14.

Aduersus super-  
 stitiosos Mariae  
 cultores.

Actuum 4.

Ioan. 2.

1. Timoth. 2.

Isaie 42.

Christi fratres  
 & mater qui  
 sint.

Matth. 12.

1. Pet. 1.

Rom. 8.





venientem non receperunt, mox addit: Quorquot autem eum acceperunt, ipsi partem (sic patet dignitatem) hanc dedit, ut filij Dei fierent: nempe ipsi qui credunt in nomen eius. Qui non est in carne, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo geniti sunt. Et ipse Christus cum Nicodemo disputans, regeneratione opus esse docet, que nequicquam requireretur, si carnalis generatio ad obtinendam dignitatem filiorum Dei sufficeret. Magnam virg. Dna virginis laudem esse fatemur, quod illam filij sui in carne mirandi matrem deus facere dignatus est. At multo illius dignitas ex eo est, quod quem vtero gestavit & peperit, per fidem animo concepit, et illo noua creatura facta est. Docet hoc ipse Christus, quando mulieri, que doctrina ipsius admodum abrepta clamabat: Beatus venter, qui te portauit, & vbera que luxisti. Respondit: Quis mihi est, qui audiunt sermonem Dei, & custodiunt illum. Non negat matris Marie beatitudinem Christus, sed illam non in eo consistere testatur, quod ipsum secundum carnem genuit, sed quod Dei verbum complexa, hinc se totam per fidei obedientiam subiecerit. Vbi denud confutatur, qui illum in nomine colunt, & inuocant, quod filij Dei mater sit, nihil interim de ipsi solliciti, quibus illa saluata secuta est, & que nos quoque dei filios & Christi fratres efficiunt.

Luce. 11.

Dignitas uerbi Dei.

Galat. 4.

Psal. 45. Ephes. 5. 2. Corinth. 11.

Quomodo Dei uerbum a nobis excipi debeat.

1. Pet. 1. Ephes. 4. Ioan. 6.

Galat. 5. 1. Ioan. 3.

Ioannis 8.

At hic nobis obseruanda venit in comparabilis uerbi dei dignitas, quo uoluntas illa dei tradens, quam Christus nobis tantopere commendat. Natura enim peccati mancipia & ira filij sumus, ubi si Dei uerbum audiamus, & iuxta illius traditionem credamus in Iesum Christum, quem uisus saluatorem dedit, ipsius filij, Christi autem fratres & sorores efficiuntur. Imo mater Christi colitur esse, quando Christus per uerbum dei tum in nobis ipsis, tum in alijs generatur, quos Deo addicimus. Hinc Paulus respexisse uidetur, quando ait: Filij mei, quos iterum parturio, donec parturiam Iesus in uobis. En parturienti uerbum, quod dixerit Christi matrem fore docet eum, qui per Euangelium in illo renatus eundem tum in seipso, tum in alijs formauerit. Quin quicumque tales sunt, illi sponsa dicuntur, & eidem nouos quotidie filios pariunt. Hec ut dei uerbum nobis committat, ita illorum ingratitude arguunt, qui illud uel contemnuunt, uel etiam hostiliter persequuntur. Qui cum Christi Iesu fratres, sorores & mater esse nolint, quid restat, quam ut eius hostes existant, & regni celestis hereditate excidant?

Uidentur ergo hic fuerit, ut uerbum a nobis excipi Christus uelit. Qui secutus (inquit) uoluntas dei, hic meus frater, &c. At apud Lucam distinctius loquens, ait: Mater mea & fratres mei sunt, qui sermonem Dei audiunt & faciunt illum. Duo igitur requirit Christus. Primum, ut uerbum ipsius audiamus, quod ipsum deus pater olim per Moysen, deinde propria uoce calatus uerbum, dicens: Ipsum audite. Ex auditu enim fides est, que Christo inserit, & dei filios facit. Ideo dicit Christus, Qui ex deo sunt, uerbum meum audiunt. Et oues meae uocem meam audiunt, &c. Quoniam illorum errorem arguunt, qui nescio quod uerbum dei non scriptum somniantes, ex reuoluntibus tui pendunt, & Euangelij pradicacionem contemnuunt, & quasi superuacaneam negligunt, ecclesiastici ministerij, per quod illa promulgatur, auctor ipse Christus esse uoluerit, qui & dicitur prophetas locutus est, & hodie etiam ecclesie Apostolos, prophetas & doctores dare constituit. Alterum est, ut dei uerbum faciamus, exequendo nimirum dei uoluntatem, que per hoc reuelatur. Eius (sicut ipse apud Ioannem exponit) ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam eternam. Fide ergo Dei uoluntatem exequimur, ea nimirum que Christi spiritu animata, per Christum (ut Paulus monuit) efficax esse solet. Quod etiam Ioannes respexit, scribens: Hoc est praproprium, ut credamus nomini filij eius Iesu Christi, & diligamus nos mutuo. Quorquot ergo Dei uerbum audiunt, & Christum uera fide amplectuntur, ac eundem totius uitae officij & moribus exprimentes, demum Christi fratres, sorores & mater, denique dei filij, & proinde reuera generosi & nobilitate sunt. Quoad carnalem generationem, etiam regum & imperatorum posterij, filij ire & diaboli mancipia nascuntur. At qui per Euangelium renascuntur, eos Christus liberat, & damnationis uergetur. Sed o execrabilem nostri seculi demerentiam, quando plerique nobilitatem generis successione & aristocratica stemmatum ostentatione metiuntur, parum interim de eo cogitantes, ut dei filij efficiantur. Plerumque dum mendacis, imposturis, rapinis & sanguini student, ex eorum numero se esse productos, quibus olim Christus dixit: Vos ex parte diaboli estis, & desideria patris uestri uultis facere, &c. Ioannis 8.

Ad...  
fudiam...  
sum esse...  
filijs...  
rum colit...  
ho nom...  
hi studio...  
dicam

I...  
n...  
i...  
c...  
u...  
r...  
r...  
c...  
f...  
h...

M...

in caus...  
operati...  
recte in...  
Pr...  
modo d...  
mare i...  
impor...  
omnia...  
uulg...  
sic &...  
pote...  
lo post...  
fore ip...  
nec eu...  
dax sic...  
quis fo...

Amo



Admonemur praterea hoc loco, quanti fieri debeant, qui Dei verbum audiunt, & illius beatum p[ro]p[ri]um audire  
audiam tum vita tum periculis & omnis generis aduersis testantur, que propter Christum quotidie  
sunt. Sunt hi fratres, sorores & mater Christi, quos ita amat ille, vt in suas rationes se ascripu-  
erit uerbi, &c. Math. 23.  
tum esse promiserit, qui quid in illos conferatur. Quam ergo felices sunt, qui illis benefaciendo Christi  
suis obstrictum reddunt. Quam uero infelices, qui circa superstitiosos Mariae uirginis & Diuo-  
rum cultus occupati, Christi matrem & fratres, quos secum habent, uel ignaui negligunt, uel etiam  
inocentissime persequuntur, quod Dei uerbum audire & facere student. Horum itaque memores, uer-  
bi studio totos nos consecremus, ut Christi Iesu mater & fratres facti, cum eodem celestis regni here-  
ditatem adire possimus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

CAPVT IIII.

ET iterum cepit docere iuxta mare, & congregata est ad eum tur-  
ba multa, ita ut nauim ingressus sederet in mari, & tota turba iuxta  
mare in terra erat, & docebat eos per parabolas multa, & dicebat illis,  
in doctrina sua: Audite. Ecce, exibat seminador ad seminandum, & ac-  
cidit inter seminandum, aliud quidem cecidit secus uiam, uenerunt t[er]p[er]  
uolucres celi, & comederunt illud. Aliud uero cecidit super petrosa,  
ubi non habuit terram multam, & statim exortum est, quod non habe-  
ret altitudinem terra: sole autem exorto, astu affectum est, & eod quod  
non haberet radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas, & succreue-  
runt spinas, ac suffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud ceci-  
dit in terram bonam, & dabat fructum emergentem & crescentem: &  
ferebat unum triginta, & unum sexaginta, & unum centum. Ac dice-  
bat illis: Qui habet aures ad audiendum, audiat.

**M**agna est uerbi Euangelici dignitas, & eiusdem admirabilis effectus, quod homines Argumentum  
miseros, peccato & damnationi obnoxios in Christi fratres & sorores regenerat, adeoq[ue] & usus p[re]sen-  
tis loci.  
Dei filios & heredes facit. At ne quis ista nude & externa uerbi p[re]dicationi tribue-  
ret, & sufficere putaret, si auribus corporis dumtaxat illud percipiat: non absque gra-  
uicula Dominus noster Iesus Christus hoc Capite omnem uerbi sui naturam & quacumq[ue] ad illius  
operationem sue effectum pertinenti, aliquot parabolas exponit. Quarum omnium usus est, ut de illo  
recte iudicare discamus, & idem uere amplexi uitam eternam consequamur.  
Primo autem pro suo more Euangelista occasionem pramittit, que Christum mouit, ut de his Occasio p[re]a-  
mundo dissereret, & hac ipsa docendi ratione ueretur. Fuit ea, quod domum & urbem egressus, ad  
mare iterum docere cepit. Mox uero ingens hominum multitudo ex oppidis vicinis confluit, cuius  
imporunitate nauim conscendere coactus, ex illa populum in litoris stantem docuit. Vbi nobis ante  
omni obseruandum uenit frequens ille populi undique confluentis concurfus. Exprimit is ingenium  
uulgi, quod rerum nouarum admiratione subitò capitur, & ardenti studio feruet, mox uero lingue  
sua & friget, si non omnia uotis respondeant. Etsi enim Christus in p[re]senti ingentes populi turbas  
p[re]sente trahat, dum magno cum successu docet, & doctrinam miraculis confirmat: idem tamen pau-  
lo post fabri filius dicitur, & tandem ubi in hostium manus peruenit, ab omnibus deseritur. Quod  
p[re]senti iam mortem aditurus, p[re]dixerat. Discamus nos hinc nec mundo huic instabili confidere, Matth. 13.  
nec cuiusdam leuitate offendi. Nec enim aliter facere potest, cum non nisi sua querat, & natura men-  
dax sit. Psal. 116. Beatus ergo fuerit, cuius spes in Domino collocata est: maledictus autem, quis-  
quis fecerit carnem brachium suum. Ierem. 17.